Kochanowski Melchioris Joannis: Pax alta inter Jovem et Gigantes Terrae vindice Christo evicta.

PAX ALTA
Inter Iovem & Gigantes terræ,
VINDICE
PATIENTE DEO & HOMINE, MEDIATORE
CHRISTO,
Per Bellum mortiferò conflictu peractum,
Cum Solemni CRVCIS in Triumphum
Exaltatione,
EVICTA.
atq;
Anniversariâ Parasceves Die,
In Agusta Basilica COLLEGIATA ZAMOSCENSI,
Ad Sepulchrum DOMINI,
In Concursu Amplissimi Spectatoris Celebetrimo,
TVBA ORATORIA,
PER
M. MELCHIOREM JOANNEM, Kochnowski,
Philosophiæ Doctorē, in Alma Vniversitate Zamoscēsi Ordinariū Pòëseos Professorē, Contubernij Staringeliani Seniorē.
PVBLICATA.
Annô Salutis 1743. Die 12. Aprilis.

ZAMOSCII
TYPIS UNIVERSITATIS

INGENTILITIVM INSIGNE,
ILLVSTRISSIMÆ
BVTLERORVM DOMVS.



I.

Crede Ioves, BVTLEROS? *Aquilæ* quibus ecce ministrant
Mundus, Olympus, Eis, omnis Honorq; subest.
Hæc Domus ex *Aquilâ* Genitrix est prima Polonûm,
Quam Pullis Avitô lactat, alitq; sinu.

II.

Armiger hic ALES lauros tot fulmine belli
Legit, ut his vigerent, Regna Polona magis.
Quô *Cumulô* cunctas quoniam fortuna ligavit
Palmas, jam nullas hostis habebit atrox.

ILLVSTRISSIMO ac EXCELLENTISSIMO DNO,

DOMINO, IOSEPHO,

in Radźięcin &c: &c.

BUTLER,

Sacri Romani Imperij COMITI,

Capitaneo Kwitinensi &c: &c.

Domino & Mecænati

Amplissimo.

COnjurata Gregariorum Hierusalem Catervas dum cuspides, harpagones, falcatas cateias, lora, scorpiones, contra Vindicem Pacis attollunt Christum, non securiùs easdem aggredi & elidere audet, quàm Primipilo Centuriarum Duce Alite Tuo, floridas certæ Victoriæ Daphnides ambiente. Illustrissime Mecænas. Aruspex credidissem Commentum; dimicantem cum Saturno Tonantē felici Aquilæ augurio, Regni evasisse Victorem, ni hodie, Jovem Deum adversus Titanas Judææ præliô assultaturum, hoc Volatile Regium, sibi aucupantem primo, tandem audaciùs in conjuratos perfidiæ maniplos ruentem, perspexissem, ut faustiùs Regni vindicet Pacē. Nec præstigiū modernis reputandum sæculis, Campestribus Ausonidum satellitijs nefas fuisse, alibi nisi ubi Aquilarum juga hybernasse; Cum Domitor Acherontis Christus, trajectâ Cruoris Propontide, calcatis aculeis debellatâ Palæstinâ, in Gētilitijs COMITUM BVTLERORVM Cāpis hospitatur; Ubi Consortes Regū, Ducū, Principū nidificant Aquilæ, ubi Florum acervati Fasciculi, in pascuā Agno, Oleas Vindici Pacis, Lauros Triumphatori Deo, redolent, pululant, maturescunt. Præcurrant beneplacitô vendicata militaria Signa Vetustatis Cohortes: Præcurrat talpata

)a(Cecro-

Cecropidas noctua, Thebanos, effigies Sphingis Insulanos, æquorea turtur, Cymbros, æneus taurus, Eumenos, cũ Alexandro Ceres, Crateros, & Neoptolemos, Minerva, qui tamen nutu horum papilionum ductiles; sæpe in facem Phalaricam præcipitârunt Vespertiliones. Vindex Pacis Deus, ad præliandum cũ Potestate tenebrarum in nubem conflata, Arbitram fulminum sibi venatus est Aquilam, *has dapes Erebi auspicatiùs prædaturus. O quàm facetis eliminando cahinnis omine! toties hastilia Cretensium Castra, catafractos Latiorum Ordines, lanceatos Teucrorum Velites, ductrices in Arenam belli eluscre Volucrum turmæ, dum hos Jugurthis, hos infractis Porsenis, illos dolosis Danaum Ballistis, in prædam victimârunt. Antesignanô secundissimô* BVTLERORVM A-lite, *cui fortuna Hæres, Olympus Solium, Jupiter Ephestios, Gradivus Athleta, Gloria Cõsors, Victoria Comes, faustissimâ hodie decempedâ Protagonista Deus, Gygantum transcendit Olympia; Hebræum Genus, Charontis Furias, fudit strenuè, profligavit. Ita est:* Aquila BVTLERORVM, *etiam inter truculentissimam Andabatarum cladem pugnacissima, triumphans semper, triumphata nunquam. Candida inter Mavortios pulveres, quot Pullos generoso enutrivit Marte, tot Fidei Propugnacula, tot Patriæ Decios, tot Focis Curtios indulsit. Universi* REGINA, *Angliæ fastigiosa Albion, nativus illi Nidus complacuit, ut in hac Caledonica Insula regnans, commodiùs protectrice Alarum Asylô faciem totius velâsset Peripheriæ. Cinerũ de favillis evolet ad Solem illa magnarum Alarum Aquila,* EDMVNDVS BVTLER, *Hyberniæ* BARO, *Typperariæ, Ormondiæ,* COMES, *Paradigma Gentis Brutigenæ: Cujus Heroũ pectus, quæ cruoris nõ transilijt vada cum Menelao, quem Oceanum non enavigavit famâ cum Jasone, quem Olympum non transcendit gloriâ cum Alcibiade? quæ Climata Poli non nobilitavit Palmis cum Macedone? Nihil usquam fuit Celsitudine sublime, famâ venerandum, magnanimitate Heroicum, potentiâ gloriosum, quod sive per Augusti Sangvinis privilegium, ab Avis ad Nepotes, nunquam interciso fluxu derivatum, sive per bella secundo Alite gesta, sive per fœdera adamantinâ fide stabilita, unicè in Decus & gloriam* Illustrissimæ Domus *non execu-*

tus

tus fuisset, Sol Anglorum Paludatus, EDVARDVS II, *hoc tantùm inter Regni Planetas, Sidus amicum adscivit sibi, cujus Augustum lumen benigno semper aspectu combibebat. In illo: scrutatus est Oracula Delphi, & traxit Sapientiam Centumvirûm, exquisivit Consilia Fabij, & revisit prudentiam plusquam Areopagam, spectavit Religionem Probini, & accensus pietate Angelica, perpendit Solonis decreta, & venerabatur Justitiam Cælicam, mirabatur centenas Ejus Victorias, & pectus Regium ad fortitudinem erigebat, ut ex Eo, velut è vena Regiarum Virtutum decora suxisset. Sed neque unô Horoscopum punctô definire liceat. En nihil à Majestate humile nascitur, nihil plebeium à Principe, nihil non Heroum à Comite. Fertur in paginam secundus Ales, pennis meritorũ* IACOBVS BVTLER, *totius* RECTOR *Hyberniæ*, COMES *Sarisburiæ,* Cor HENRICI IIII. *individuum: Vir Tritoniũ excedens Numen: ad Arcana Regis admissus consilia, Tyro! pandebat Sapientiæ magisterium. Non desideravit veritatis Comitem in Solio Alexandrum* HENRICVS *Invictissimus, non fraudum, technarumq; necem Pyrrhum,* IACOBO *Imperante. Non defuit Satrapiæ, Regij verbi Observator Camillus, aut statæ fidei tenacissimus Custos, Fabricius, aut initorum etiam cum hostibus fæderum vindex Pomponius. Non caruit in discrimine Anglia prudente Tyberij silentiô, salubrî Metelli secretô, matura Antigoni taciturnitate,* IACOBO *arcana tenente. Portus & Anchora Statûs, temporis cujusq; Oraculum Tymbræô longè apodicticum: Augusto insertus Dynastarum Senaculo, tam maturus in Consilijs, quàm providus in eventibus Consus. Perstrepat vel ipsa Marpesia Ædiũ Deo sacratarum cautes, exuberantem Constantinum; muta marmora Cænobij Carigensis, & lapides vocaliores agant Stentores, nec edaci livoris dente, nec vetustatis injuriâ abolendi. Hinc formantur Filij ad Patrum, Nepotes ad* Avorum *exemplar, posteriorq; Idea æquè est viva priorum, dum* IACOBVS COMES Hyberniæ *Palmaribus* Antenatorum *insistens vestigijs,* Aliger *Genuinus parî Alarum remigiô Natalis* Soli *subrexit famam. Par suo Laomedonti Priamus, quoties Mulcibero igne ejus ardebat Patria, quoties squallidô Achivorum Vulcanô correptam, jam jam non in unius de-*

 cennij

cennij Ilium transiturum viderat, quoties in ea festivi Rogi in nefastos, Aræ in focos, campi in Æthnas, & Vesuvios, incendiariô domi natô, levi stupâ, & rusticâ sed vehemente irarum Austro, & sulphure, prosilire spectaverat, toties lenocinanti Aquilifer flabello, illam confortans, oborta, & exorsuta incendia, aut callidô extinxit ingeniô, aut sævientes diræ antipathiæ flammas tempestate belli suffocavit. Alumnus Paternarum opum, & operum, quæ Genitor Flavius post arbitria Minois expleta adimplere nequivit, hoc solertior Titus in erigendis Basilicis, Cælituumq; Thalamis, exequi studuit, Aras Gentilitiô Florum Cumulô exornavit, Sacraria locupletavit, Parthenones ditavit, Xenodochia exdotavit. Habet quas Vobis devoveant Hecatombas, batillis incensô fumātibus Superi: COMITES Illustrissimi, qui ad invidiam idololatrantibus Priscorum simulacris, Regem Volucrum Alitē Vestrum, ad velandam faciem Dei erexistis ita, ut & Thetidis Alcinóës, & Ericynæ Cycni, & Junonis Pavones, & Apollinis Olores, & Minervæ Noctua, & Palamedis Grues suis displicerent, Altaribus, imparesq; Aquilis, thorô Majestate, ausu, obsequiô, cum exilio Fanis exosa fierent. O quàm odorifer inter Ararum hyacinthos infragravit Acervus Florum Vester in GVILCHELMO BVTLER, Provinciali OO. MM. Angliæ Protomystâ Sacerrimo, qui præcipitatis in freta Mundi thermarum, opumq; lenocinijs, integrum Vitæ Christo spiravit odorem. In ejus Cerebello Sapientia Domum sibi cum septem Artium Columnis extruxit, à quo & Cecropium Calliope vendicabat plectrum, & Polyhimnia Isocratis libavit favos, & Urania Astreæ, facultatis sophismata, Theosophiamq; cumulavit. Novum Theodocten, aut Lucullum, verum memoriâ se exhibuit, dum volumina firmamenta memoriæ, hostes oblivionis assiduè revolvens, multam Hypocrenen propinavit, prolixiorem copiâ Librorum ase compendiatorum, inter Stadiodromos Palladianos effudit. Tandem illud Anglico Cœlo refulsit Parelion, THOMAS BVTLER, COMES Ormondiæ, Pennatus in negotijs Patriæ volitans Aliger, Bellator, Encellado spiritu ipsos Brontes transverberans in acie, in Quo mirus Castrorum entheus Sacros Penates sub tentorijs totos, laquearia sub dio tutissima

defi-

defixerat, Illi, Calô protegi, rerumq; ærumnis & incle-mentiâ exerceri; duro cespite, aut rigenti, noctem vel fallere, vel truncare, domare somnum, provocare vigilias inediâ, sitiq; famis obsonia condere, sapidissimum erat, quoties integritatem Gentis malleus et incus colliserat hostium. Nunc ad celebrandum insinuat Tyaratum Verticem Illustrissimus *ille* ISIDORVS BVTLER, Præsul. & Antistes Samariæ, Suffraganeus Livoniæ, *Eques Christi unctus, armatis precū centuriis* Pontificiæ *innixus Clavæ, contra sobolescentes Hæresiarcharum hydras vim intorserat, adeò: ut nec feroces Gryphes in Ryphæis jugis pugnaciùs ad aurum excubarent, quàm hæc Magnarū Alarū* Aquila, *arcana Mysteriorū, Thesaurumq; Ecclesiæ Fidem, custodire visa extiterat. Quid memorem illum Bellacissimum Exercitûs Imperij* Ducem GVALTERVM BVTLER, *qui semper pares Aquilas, & pila exerens, nunquam expilatus succubuit, quin semper alatus Heros, cruore hostium delevisset Ordines.* Amicus Cæsaris: *dum vafer Sysiphus, Valenstinianus, dolô Sinoniô, fraude Vlyssea, perfidoq; consilij astu fila clandestina nectere, & machinari exorsus est Imperio, Hic veridicus Pomponius, detestandas ejus fallacias retexit, retiaq; struentem, in saginam cepit bellicam, & concussit. Ita est: sive Deorum Tripos, sive Ara, aut Arena Olympica, vos Laödamas & Theogenes requirat* Heroës Illustrissimi, *semper Vestro cursu, pugillatu, magnitudine, triumphat. Quàm ingentes Avitæ Domui Vestræ, splendore Gloriæ adauxit Ceras* IACOBVS BVTLER Cæsareæ in Imperio Dux Potentissimus *Cohortis, & in Polonia, sub* SIGISMVNDO III. *Hector validissimus, quem adusq; lituis tubalibûs Bosphoranæ emugiunt ripæ, boatuque fragoso Borussorum, Moldavorum, Vici, & Plateæ, vicinusq; Jovi Carpathus, explodunt tormentum suum. O quàm ille altiùs bellandi tesseram extulerat, quàm opimam nobilemque prædam, Thracem contô suô pendulum, jucundô Regi, totiq; stratagemati, hastiludiô, velut diem, roburq; revocaverat. Plusquam dentatus Romulidum Sicinius; ille phaleras & armillas in coronā spolij post centies & vigesies cruentatam aciem nactus. Hic adustâ frigidâ Mæothide, suffocato Lunatorum Steropum fulgore, expugnatâ Misniâ, de Archivo Cæli stipendi-*

 atus.

atus, dum ei Os Sanctum de latere Pauli, in spolium cum infesto cessit expugnaculo, quô Xeniô, Altareô Portatili dignô, in Sinum VLADISLAI *Regalem, votivô deposuit Tributô, Ædesque Divi Petri Gracias per dexteram Regis insignivit. Eundem ingyrum volvebat Patris Soboles animum suum,* STEPHANVS BVTLER, Antesignanus Exercitûs Reipublicæ Polonæ, *sub* CASIMIRO REGE *Marte & arte magnanimus, qui Armigerum suum* Alitem Aquilæ *junxit Sarmatiæ, ut quatuor alarum velamentis à quatuor Partium Orbis turbinibus, Patriæ Corpus protegisset. Hunc Stentorē, Tauricanarum Harpyarum mugitus, exhorruit dispersus toties, divisa Austri & Aquilonis potentia sensit amputata, bellaces Spiritus diminuti, & vix in extremo Oceani hiantes metuerunt, Contusum intra Laticlavia sua, maleq; pelagô tectum Vandalicum robur expavit, quoties superba non fatue erexit cum Ariete bellio cornua. Auget tantorum Heroum numerum* Illustrissimus VILHELMVS GOTARDVS BVTLER. S. R. I. COMES, *Supremus* Regni Poloniæ Succamerarius; *Verè Sarmatiæ Pelides alter, quod non aliam nobiliorem quàm militaris gloriæ supponens palmam, Martem secutus, hâc quoq; in æviternæ laudis sublime ferri desiderans, quâ olim Terrarum Domini vecti ad Superos; Animô magnus, virtutum & rectefactorum serie major, hôc nonnisi inferior solô, quod ille sacros Osirydis everterit Penates, Hic dulce sui Natale Solum, pervigil Excubitor toties defenderit Patriam. Vibrabat Strenuus Pancraciastes ferrum, ast ferus extitit nunquam; si excipias quod Trojanus, efferam Turni ulciscens insolentiam, justo vesanæ iracundiæ ferociret livore, evaginatum capulotenus ejusdem infligendo visceribus. Stupuere vim Herculeam & fortitudinē ejusdē dexteræ Gētes, quàm sibi gravē senserant adeo: ut non secus; ac pressus æternâ Inarimes mole Typhæus mugire, & horrisono oris crepitu, ipsos debuerint confundere Euros. Sic pro salute Patriæ dexter* VILCHELMVS, *eò magis, quod cùm plurimi Martis fastidientes incommoda Gradivi castris excedere putaverint, Ipse Affricani Scipionis adinstar erectô supra proprium caput acinace non Patriam unquam derelinquendam juraverit. Et hoc est, quod integros Bellonæ Troilus sacraverit an-*

nos,

nos, non quia belli eundem succendens animabat entheus, sed quia Patriæ urgebat amor, quoties Leontini contra Nativam quidquam moliebantur Carthaginem. Hinc Generalis *factus ostendit, quomodo ad Imperatorium Clavum, per clivum meritorum eundũ, & Cyri quod non primò lanâ proprios investiunt humeros, antequam Pastoritiam Lavinij gestaverint lanam. Felix certè gloriæ culmine* VILCHELMVS, *felicior fulmine in hostes fuerat, in quos cò detonaverat portentosiùs, quo potentiùs, eò graviori ferebatur impetu, quò gravior bene apud exteros audiretur. Felicissimus nihilominus, quòd tristi suæ consulendo senectæ, dum caput niveũ tentoria peteret, plures Paternæ virtutis genuinos substituisset Hæredes* MARCVM nempe IOANNEM THEODORVM, & ALEXANDRVM. MARCVS, Succamerarius Drochiciensis, *veræ Clarissimi sui Genitoris Imago & Paternarum Amussis virtutum,* Succamerarij *Munere functus, Heroicæ dexteritatis & recte factorum Triclinium. Princeps Nobilitatis, non nomine titulove tenus: qui Magnatum proximus cordi, primus adquæq; obeunda extiterat munia. Ejus judicio, limatæq; prudentiæ Coronata toties acquieverant Capita. Ad illum Sacra, quoties sui bonorumq; suorum detrimentũ nacta recurrerat Majestas, toties ejusdem Sententiam Divinitate Themidôs venerandam ac quoddam Oraculum secuta. Hinc est, quod inter* REGEM, Succamerariumq; *Bielscensem, inter* Palatinatum Mazoviæ & Ducatum Prussiæ, *non quispiam alius quàm ille Arbiter electus, qui æquâ Doricæ Musæ adeo singula ponderaverit lance, ut nullum querimoniæ locum relinquens, cunctos sua sorte redderet contentos. Linguâ calamôq; potens, nec frustra* MARCVS, *sermonis sui elegantiâ, non secus ac Evangeliô quoddam omnes ad reverentiam & sui componebat amorem. Non ita Cyneas aureô dulcis eloquij torque hostiles sibi devinxerat unquã animos, sicut Hic nectareâ & plusquam atticâ adversantia corda demulceret suadâ. Quare cum res Polonorum iniquissimo discordiarum exagitarentur turbine, & ingens belli ab Aquilone singulis impenderet procella, ipse* Proculeium *egit apud* Imperatorem Moschorum, *tantum evincens, quãtum ratus,* Salutem *Patriæ, cùm fœdera pacis, eidẽ exportando.*

do. *Parem virtutum decurrerat Appiam*, IOANNES Castellanus Podlachiæ, Drochiciensis & Novensis, Capitaneus, *utpote qui in eodem Augusti Honoris Numen adorabatur* Capitolio, *Honorius ab onere*, *Senatoriæ Possessor Curulis*, *Dignitatem auspicatus à curis*, *quòd Alexandrino vectus sonipede*, *quietus nunquam*, *audax* & *intrepidus*, *apertum ubiq; circumtulit Martem*. *Formidabant* IOANNIS *potentiâ vicini Tanais Accolæ*, *proinde nec Tauricanæ suæ considerant Deæ*, *plus Ejusdem tribuendo Gratijs*, *quòd vinctos libertate*, & *desperabundos gratâ donaverit vitâ*. Regiæ Dux Cohortis *validissimus*, *non plus de hoste*, *quàm Regiô triumphabat animô*, *quem ita expugnavit Victor*, *ut in eodem non rarò totus recumberet*, *pectoris ac simul cordis pretiosum Monile* IOANNES. Deputatus *ad* BrandeburgensesCommissarius, *quid non egit? ut bellè justane prætenderet*, *nôsset*, *in hoc propriam solicitudinem* & *totum vertit conatum*, *ne aliàs minùs perpendens*, *ac proinde injustus*, *æquitati fuisset injurius*. *Nec vitâ moribúsq; dissimilis ab Jphiclo Hercules*, THEODORVS, Varmiensis & Varsaviensis Canonicus, *qui inter Prælatos optimus*, *inter optimos Prælatus Maximus*, *mores inclytæ aptaverat pietati*, *animum vigilantiæ*, *ut nihil agere videretur*, *nisi quod Religionem spiraret*, *vel sedulam obeundi rationem muneris*. *Magni Agamemnonis Filius*, *maximas à carissimo* Genitore *derivavit dotes*, *hôc solô ab illo dissonus*, *quòd ille sagô amiciretur* & *Togâ*, *hic nigricante Petri vestitus incederet Syrmate*. *Jmplet Fratrum Ternionē* ALEXANDER, Drochiciensis, & Prenensis Capitaneus, Avus Tuus Illustrissime Mecænas, *sub* IOANNE Tertio *Sarmaticus Scipio*, *militiæ Nomen dederat*, *simul Patriæ omen*, *quòd ejusdem integritati studens*, *semper infestam*, *generoso nisu*, *generosiori corde*, *propugnaret Carthaginem*. *Quemadmodum non elusit Patriam votis*; *toties verus* Spartanus *propriū opponendo pectus*, *quoties jam fetus insultaret Annibal*, *jam alia fati in eandem assurgeret Naumachia*. *Non suffecerat olim Alexandro Macedonia*, *aliud quod eundem caperet*, *quæsisse debuerat Regnum*; *quid inde? quando propriæ nonnisi promovendæ gloriæ ardenti ferveret orexis*; *Hic gloriosus Patrij Portitor ubiq; visus Honoris*.

Manutene-

Manutenebat ALEXANDER *Patriam; æstimabat* ALEXANDRVM *Patria. Hinc ut* Legati, ex Palatinatu Podlachiæ *honorificum obijsset munus, effecit, non alium tantæ Prærogativæ magis advertens idoneum, quàm hunc Mercurium, quem jam propensus cum fidelitate amor, iam ipsa oris commendabat Majestas. Secutus Magni sui Anchisæ vestigia non minor Æneas* MARCVS ANTONIVS BVTLER, S. R. I. COMES, Prenensis Capitaneus, Tuus Illustrissime Mecænas Genitor: *Stupet calamus dum in Ejusdem Elogia excurrere studet, utpote qui inquilinã Tutelaris sui nanciscitur pennam; quâ ut adversa quæq; ad pænam damnat, ita vectigalem, in sui pellicit elogia. Consiliô Prudentius nemini secundus; cujus dicta Delphico præferenda Tripodi, ipsôq; digna Chrysippi adnotari aureô. Heroicus illi, & magnorum capax animus, iturus semper in altum, nisi generosum profunda vincat modestia, maximam supponens eminentiam, extra dignitatum existere augem. Semper enim maxima Virtus latibula quærit, minima apud suos Propolas in vestibulo prostat. Universale Prædicatum, ita singulas in se concentravit Virtutes, ut jam Hyppolitos, jam Trajanos, jam alios transcendat Vespasianos. Testis illibati Ejusdem candoris vel ipse augustissimus & Dijs simillimus vultus. Deprædicat Ejus liberalitatẽ pauperimorũ caterva frontẽ quam jã ore affatur benignus, jã ære misericors relevat, parsimoniæ ignarus, benefaciẽdi avidus, suũ neq; indolẽs, si nõ aliquãdo egenis debita erogare contingat stipẽdia. Sed injit certamẽ cũ* MARCI *virtutibus Calũ, quando quò magis augerentur, eò numerosiorẽ eidem in Filijs contulerit Coronam, nempe* ALEXANDRO, MICHAELE, & IOSEPHO, Mecænate meo gratiosissimo; *Quorum gloriosa facta, ut devotus annotet & exaret calamus, non atrâ Sepiâ, sed aurô ut intingatur, necesse.* ALEXANDER MIELNICENSIS, & MICHAEL Capitaneus Vitagoliensis, Germani Tui Illustrissime Mecænas Fratres, *grande huic operi Panegyrico inferunt molimen. Torquent se Torquati, ut tantis quidquam dignum proferant Heroibus, quorum Virtus supra Acrocorynthum, laudes singulorum excedit, in ipsa sui laude laudabilis, magis ac magis laudari desiderat. Par Nobile vix ipse nactus Jupiter, Castorem & Pollucem adæquare videntur, quòd uterq; non inglorius sem-*

 per

per famæ teneat adoream, uterq; immortalis, ne dicam Divinitatis particeps currat ad Astra. Absit hic importunis cum Jove Tiresiam fatigare quæsitis, uter horum bellatorem magis præferat animum? gemini hi pari dexteritate, pari fortitudine præstant Tyndaridæ, quorũ vigor verè Alexandrinus, cõtinuò ad Miltiadis suspirat trophæa, non primò suis terminũ positurus votis, donec OrientẽOccidentẽq; utraq; prendiderit manu. Horum omnium tu Corona, tu Gloria, tu Decus diceris Illustrissime IOSEPH BUTLER, Mecænas Amplissime. Syllabum te immensum exilis iste sentit Tabellio, nonnisi omnis ævi paginâ comprehendendum, utpote qui non ab incude GrajorumHeros, & Officina illa prodis, in qua Cyclopes grandium figmentorum ideas procudere, laborâruntq; ingeniô pro exemplis, cùm ipsa deessent. In Isthmo meo verè Oceanus laudum es, etiam immensæ sublimitatis fovens acroceraunia COMES Illustrissime? Percellor animô, dum sacras tuas meditor latebras, quibus magnificentiam gloriæ tuæ absc ondisti. Qui à teneris statim Tuum ad lacertos Atlantis Tui, Hercules idoneus exporrexeras animum, discens, iam Busiridem, jam quidquid in Erimantho sævit, generoso nisu aggredi; discens abortiva gladiô ejectamenta computare, sereq; ibi decus parandum, ubi cruor, & lethi mille species volitant. Comitem Te Orbis veneratur, non ex calamo, & sepia, certè non corticem sine nucleo, non velum Timantis, quô nihil tegitur; utpote qui factis exemplisq; geminus, rerum supra ingenii plenus, non à captu statutaq; laudantium, sed ex se ipso maximus Virtutũ Regiarũ Princeps resplendes. Ita profectò: aditu tantùm bellico, Nutritor magnorum Domus Vestræ animorum Mars, Vobis præire ad Famam, & quos calculamus, numerabuntq; Posteri Titulos novit: hoc pane, velut immortalitatis obsoniô, nonnisi de Alto Jaculis vestris petitô, (ut olim Balearium Insularum Ephebos) feliciter educavit. Aquilam Vestram nunquam tepentem segnitie retortisq; pelpebris à fulgoreGradivi sol vidit in cuculo degentem, utpote ad fulgura natam, semper fulminantem in conflatam hostium nubem fumô lucubratus exhortuit. Nunquam aureus Persidum Ales, in sarissis gestatus ita plumbeos expugnavit satellites, nunquam obrizô plumatus Cyri gallus

lan-


lanceis fixus sic ad certamen excitârat Gregarios, ut Tomyrim Scythicam simul ad se non provocâsset, illiq; in discum cum ducentis Millibus nō cessisset Persarum. Extra commenta fomitesq; evanidæ famæ entheos, Aquila Vestra *quoties non amore dapis, qui in pugnæ, proritata in Aciem, nunquam non laureata redijt, eventu sane admirando, successu latiore, quā Amphiarai à virenti ramo suæ mortis exordium auspicantis. Tu Ipse* Mecænas Amplissime *ille Marticola es, in Quo omnis Argivus & Mæonides quomodo Agamemnona & Iliadem Sarmatarum astuto opere capiant, nec præsumunt attentare; in Quo magnanimitas gloriæ non juxta robur attollentium, nec juxta pollicem palmumve metientis sed solò Aquilarum remigiô sub siderâ evehenda, Par ipsis Superis & contermina. Non satis Tibi,* Illustrissimis Atavorum *gloriari* Ceris, *Finitimorumq; Tuorum:* SOBIESCIORVM, RADIVILLIORVM, ZAMOYSCIORVM, WISNIOWIECIORVM, OSSOLINSCIORVM, KRASOWSCIORVM, IABŁONOWSCIORVM, WODYNSCIORVM, GORAYSCIORVM, KVCZYNSCIORVM, SZYDŁOWSCIORVM, MACZYNSCIORVM, MŁOCCIORVM, PIENIAZKOVIORVM, ODROWAZOVIORVM, SZCZVKORVM, VRBANSCIORVM, *Cæterorumq; non nucleô, non ævô cōprehendendorum, jactare Majestatem & Celsitudinem, majores semper Pharos Virtutum evibras splendores, quibûs & Lucem AvitæGloriæ illustras, & Patriā in spes erigis latiores. Habes jam & Tuos Porsenas* Heros Inclyte, *qui in Te Coclite novæ audaciæ nisū, in Te Mutio stupendæ dexteritatis fortitudinem admirentur, In Te veluti Majæ Nepote Cælis delapso, paciferas oleas legit Cāput* Sarmatiæ, *In Te Jove Ministrâ fulminū Stipato, tot procellis jactatæ fiduciæ spem collocat Patria longè firmiùs, cui Anchoram bellatricis Virtutis Tuæ non segniter in subsidium, porrigis, etiam cum Junone Tua dilectissima* TERESSIA, *quæ pervetustô* VRBANSCIORVM, *Marteq; plenô, Oriunda Thalamô, Virilem Thetidos non portendit, sed refert vigorem, ut etiam plusquam* Alamatuntha *in Suos Burgundiones & Alemannos cum Amazonibus Domûs Suæ Heroicæ pro Polona Liguria velox sit equitare. Gemma Tua* Illustrissime

)c2(Me-

Mecænas, *quàm non adhuc Annulo Tuo Pyrrhe inseruisti, & jam Sygillô Regis, dignam recensuit Orbis. Sed frænabo cursum pennatum ubi, Amplitudo* Domûs & *Gloriæ Tuæ* COMES Illustrissime *cum Dijs fere ipsis copulata æternitatis excedit calamos. Adoreæ enim hæ, meritò quidem Tuæ Magnitudini debentur, non tamen dignæ & idoneæ Tuam ambire Celsitudinem. Sola Te Regni Theatra personabunt Marcellum, ipsa Patrum Senacula celebrabunt circumspectum in Consilijs Janum; quæ dum Te Celsum Sanguine. Maturum prudentiâ, Gloriosum ad facta Pompilium exantlatô expectant tædiô; provola fausto Alite, illis par brachiô, par Sapientiâ, par gravitate, in agendo perspicaciâ? ita in Triumphante* CHRISTO *triumphalem, in* Vindice Pacis *pacificum cursum, ad beneplacita Fastigia precatur.*

ILLVSTRISSIMO
NOMINI TVO,

Obsequentissimus
Servus,
Author Operis.



Paulus Ioseph Iendrzeiowski exc.

Nunc autem in CHRISTO IESV, *vos qui longe eratis aliquando, facti estis prope in Sanguine* CHRISTI. *Ipse enim est Pax nostra, qui fecit utraque unũ. Ephes. 2.*

ORATIO

EXOrior feralis ad vesperas Hesperus, mortalem Increati Cynthij occasum præsagiens. AA. MM. Ego sum Nænicus ille Cometes, qui ex gemitibus parẽtantis Vniversi resultãs, exhalatione singultuum compositus, animatæ suspiriô telluris conflatus, funestâ communis luctûs tempestate gravidus, extinctum Regis Sæculorum Horoscopũ designo! Ego tragædus ille Tabellarius & Preco, qui conjurationem Deicidæ Iudææ sacrilegam promulgo, cædem supra dorsum Plasmatoris fabricatam edissero, necemq;

immol a ti Isáac bajulus amároris deploro! Ego Orator illé pullatus, cujus argumentū catastrophe funalium, cruentæ affundata Prothasi, cujus Epilogus cum abolenda Ejus Epithasi, Mors Vitæ Immortalis. Cujus apparatus, non phalerata dicta, non Hortensia venustas, non Nestorius delectus, sed ferale Minois firma, & squallidus funebralium Christi color. Cujus impetum, huc funes traxere rudentum, huc catenæ raptarunt, huc crudelis Belluarum Hierusalem feritas incitavit. Ast tremunt genæ, fremunt labrorum organa, stupet lingva, torpescit Idiota genius, confunduntur Perorantis Ideæ, dum Oratoris Dei Getsemanô hortô floridi Exordiū Orationis pro salute hominū pavor et metus! Attentata facundia potius signaculū Pithagoræ cupit, dū Vocabulū Patris, Thebanū sine voce Fanū, Verbū sine Verbo: & quanquā sine obscuritate clarū, sine mendo purū, sine errore integrū, ad Lucem Paracleti conceptum, à Sapientia dictatum, Digito Dei exaratum, sub umbra Spiritûs æterni VirgineæMembranæ impressum, ossibûs & nervis illibate compactū, intactæ carnis pelle coopertū, hodie cæterū de Libro viventiū ferreâ deletur pennâ. Tropicum Ornatum redarguit Eloquentia; dum Specioso formâ præ Filijs hominum neq; species neque decor: dum Argumentū in Cruce, detestandâ, & plusquā Vlyssea metamorphosi, plusquā Pythagoricâ metapsyhosi pendet deformatum. Respuit figuratam Synopsim Elocutio, dum patibulatæ Orator Exedræ Anaphoricâ conviciorum Repetitione cruentatur, alapis Tribunorum per Interrogationem quassatur, Ethologiâ scelerum Mundi enervatur. Dum Sonorum æternitate Verbū, mutâ Aposiopesi ligatur, extremamq; Gradationem ad ferale Calvariæ Iugum arripit, & prosequitur. Porro nutat animus, quomodo cum levi eluctetur Phasello, dū Navis Institoris pretio Redēptionis humanæ onusta, inter Symplegadas & flagellantiū Aquilonum epomides jactata, naufragium in Oceano cruoris peti stimulatur. Exesto Caducea Elopumq; geminis obvoluta Mercurij Virga, cujus fœdere securitas concordiæ vacillat, cum hodie Virga Moysis Fluvium percutit Cælestem, ut in Sangvinem convertatur, dum rebellis Creatura

cum

eum Dei Omnipotentia prælíatur. Prodit hodie in arenam
David Filius cum Goliat Mundo, prodit Samſon contra
Philiſtæos inferi, experitur cum carne pro ſpiritu, ſubtra-
ctaq; inter Deum & hominē pacis fædera Crucis trophæ-
ô reparat; donec Vindex Pacis promineat & triumphet.
Te ego Vindicem Pacis, bellô Crucis glorioſum, cultu ve-
nerabor Styli Christe Redemptor: & quomodo quibuſq;
auxiliîs pro vindicanda decertaſti pace, in aciē. AA. MM.
producam, cujus benevolentiam demiſſus imploro.

CLaſſicum, Mavortiſq; non cieo taratantara, quanquā
galeata, rompheata, haſtata, ſatellitum colluvies, Bellato-
rem aggrediatur Deum, ubi Cruciger Pacis Vindex pelle-
um tantùm Deificatæ carnis umbonem ad colluctandum
exerit. O inſanam Phlegræorum Gygantonomachiam? Sce-
ptra plumbo invadere Iovis, quæ ferreus jaculorum custo-
dit manipulus. O fatuam Centaurorum dementiam! nu-
bigenîs Alcmenidem impugnare pugnîs, quem chalybei
Ixionitæ biformi ſtipant brachio. O ſtolidum Hebræorū
delirium! contra Tonantem Orbîs vaginam ſtringere &
ancylia, cujus humeros Principatus Omnipotentiæ defen-
dit, cujus arbitrô ſupercilîô etiam tormentorum globi ex-
plodundur & veruta. Duellum vos cum Deo non terret
Iſraëlitæ? O Phaetontea corda! Et jamne feudatarij ſub Hie-
roboâm ſigno milites, Abiæ Regis nece ſine numero cæſi,
revixiſtis in Chriſtum ſinguli? Iamne perfidæ Achab Iu-
dæi copiæ, Sceptro Phaceæ biſcentenîs millibûs deletæ, ca-
ptiviſq; compedibus evictæ, cruorem Filij hominum lam-
bere ſurrexiſtis omnes? Iamne barbara veſtrûm temeritas
caſtris Benadab Syriorum Monarchæ ultra calculum pro-
fuſa, Phlegetonteîs vivax ignibûs, omnem excitavit Spiri-
tum, ut contra Deum temulento auſu efferveſceret? Iam-
ne imperante Moſis Virgâ Ægyptio Pharaonis vinculo de-
diti, & morte famelicâ depaſti, ad mactandum Iſaac non
memores ſcorpionum Dei evaſiſtis liberi? ſit ſane: ſi vos
belli animat entheus? O quamdiu Palæſtinam & Hieroſoli-
mam veſtram Perſici tæduit prælij, aliûſve vel proſperè
cæpti? nec ulla Reſpublica inſtabilior eſt, quā quæ ſæpiùs
excitat arma: O quoties in extremum diſcrimen Athenæ ve-

nerunt. à Persis exustæ, à Lacædemonijs spoliatæ mænibûs: à Philippo fractæ, à Mithridate occisæ, à Sylla propemodum deletæ: Bellatrix illa Quiritia à Tatio capta, à Porsena obsessa, à Gallis incensa, à Pyrrho territa, ab Annibale concussa; suis deniq; armis dilacerata? nec sæper bello crescere Regna credite? Si inquietis? Nunquam Latium robur perijsset, si bellum Carthaginense durasset, Pax Punica excidiũ Vrbis Romanæ facta; ast bellũ sæper pax certa sequetur. O vos pueri cõtumaces & discoli, sine verberibus nõ sapitis, in pace bellũ, in bello pacẽ quæritis! Sistite vos in arenam cũ Christo, mox procedente ab ore ejus fulgure & gladiô in faciẽ casuri cũ stupore. Instat prima glacies: nec erigente Ariete cornua, petulca Gregis coercetur feritas, quinimo visô Agnô, fērociunt Lupi, reperto Pane Angelorum, incenditur canina rabies, dapibûs buccellæ Diabolicæ jejuna. Sed Hinnule Christe? Vtere tantũ Ceruino robore contra luporum insaniam? abi, & utere stipite grandævo Horti adversus canum agmina, & disperde acervum Charontis. Vtere authoritate necis Commilitonum tuorum Petri, Mosis, Eliæ, & insultantes te vinculis arctari provolve Prædones? absit. Filius hominis Arbor vitæ est, nequaquam mortis, inquit Sapientia; Plantatur quidem Flos Campi inter lilia Horti, ut potius sine experimento in hac Getsemanicâ convalle Oleas pacis nanciscatur. Contemplare Christum in Vireto quærentem laureas, pacemq; AA. MM? Perpende: quomodo Paradisi malus malorum fæcunda radix è poris superni Olitoris prosilien te stillicidio irrigatur, ut illibatos fructus, poma nova & vetera, Amori toties desiderata, in posterum germinet, paceq; redoleat tranquillissimâ. Hic Protogenes Dolor immitatus Mænelaum castra ventura & cædes delineat rubicone in Solio Christi. Novus Apelles Amor, purpureo cruore ad formandum hominem novum tellurem depingit. Hic Deus qui totus Oculus est, illachrymatur; cujus quæq; saltatrix gutta (extra commenta de Saturno Vatum) in vastum redundat Oceanum, quô Palinurus Orbis securus adnatet Gloriæ Promontorium. Veracius dixerim: Adeò, ærumnæ nostræ uberes excesserant lachrymarũ cataractas,

ut jam

ut jam deberent toto corpore deplorari. Faterer universa Sudantis membra migraturæ de corpore animæ jam præsaga, præoccupatâ lamentatione, veluti mortuum complorare, nisi crederem, magis ab Amore vindicandæ pacis sudanti Deo, mille Oculos reserari, quibus & nostras intueatur vices, & misertus deploret. Hoc est illud Baptismatis Lavacrum; cujus ardentissimô nuper incensus desideriô, in votorum suorum expectatione, dies reputabat sæcula, momenta annos existimaverat. Hoc est vinum illud? quod Vitis vera sub amoris prælo ad lætificanda mæstorum hominum corda distillavit. Hæc est expectata pluvia? quâ terra maledicta spinas & tribulos hactenus germinans, posthac ad fæcunditatem fusiorî nunquam humectanda alveó, irrigatur. Hic est Salvatoris fluvius, qui nutantes in ferventi salo animorũ nostrorũ naves, ad Portum felicitatis deportet? Hic inquam Stolatus Ordinis Melchisedech Mystes, in hoc Pharmacopolio florum præstantiora Malobathrô Siriô ugventa, investigat, ad ungendam Sponsam, æterno Patri fœdere Pacis colligandam. Et jam existimâssem in Oliveto Getsemani colle Pacis Oleas Mediatorem reperisse Deum, nisi novus Athleta, prima sacrilegæ pugnæ præludia cum Protagonista Christo à Sangvine auspicaretur. Admiremini non procul dolosam abesse viperam, armatumq; toxicô reptare Basiliscum Iudam, cujus osculum, belli non pacis Prototypon, En jam crepusculâ nocte, furialibûs Sol quæritur tædis; ad captivandam Lucem potestas tenebrarum effunditur, pacis osculô certamen indicitur, basiumq; ipsum flos amicitiæ, Symbolum sinceritatis, pestilentissimo halitu, in perfidiam venenatur. Hinc Amicum appellat Proditorẽ, Deus, suos omni periculô eximi jubet: reponit mutilato hosti auriculam, & ut Lorarios ipsos Lictoresq;, in libertatem pacis asserat, semet ipsum tradit vinculis innodandum. En mox dilapsô per Pannicum timorem Christi comitatu, irruunt malesano ausu feroces Lupi in Pastorem, rabiosi canes in assumptam Verbi carnem, immanes vultures in Columbam, truculentes Leones in Agnum innocentem. En raptatur per catenas ad tribunalia laqueandorum Eurybatum damnanda Iustitia. Proteritur per iter sacrilego pede

Flos Campi; ut etiam iniqui currant in odorem svavitatis. Granum frumenti cadens in terram conculcatur, Panem vitæ daturum. Botrus Cypri pedibus subjjcitur, & calcantes inebriat ad furorem. Ligatur à servis Mundi Imperator, injectatur compedibus Libertatis Assertor, expilatur à Purijs Paradisus voluptatis, Profanatur à belluis Divinitatis Sacrarium. Sed nihil tam funestum, ex quo Amor non pariat emolumentum: Cadit in terrā Granum frumenti, ut in communem famelicorum esuriem uberiorem afferat fructum. Calcatur pedibûs Botrus Cypri, ut plusquam falernum extorqueatur mustum, universali hominum saluti propinandum. Proteritur ab iniquis Iustitiæ Via, ut tandem discant ab erroribus avocati, Viam Salutis ambulare. Prosternitur Pastor, ut faciliùs Ovis perdita ejus humeros possit inscendere. Conteritur Flos Campi, ut vel hinc bonū odorē contrahant, qui male semper oluerunt. Arctatur funib9 Deus, Ejusq; ossib9 pax nō est, ut prærupta Pacis fœdera, in pristinū vinculū copulētur. Captivatur sponte Libertas, ut mancipium evadat liberum. Nempe: Mediatoris Dei vinciri, verberari, salarium est, modó disceptans Antagonistarum æmulatio pace potiaturet concordia. Pacis Æternæ: torqueri, affligi, molestari tranquillitas est, modó de barathro Bellerophontis pacem vindicet interclusam. Pereant metuendo, ne vicissent periclitando, dilapsæ imbelles Ducis Fortissimi Christi phalanges! stat tamen invictus Bellator, qui patitur se ab irrumpente manipulo vinciri, sed inaudito stratagemate, insanæ violentiæ, nostrorum eripit vincula peccatorum, quæ dū induit ipse, nostram redimit, libertamq; emittit pacem. Nunquàm enim liberior Homo, quam vinctô Deo, nunquam prosperior pax Orbi, quàm dum Princeps Pacis mancipatur. Sed nondum Viatori Pax post certamen cum famularibus vertagis, majora voluturus prælia, cum trucibus abstrahitur Molossis, Ana, Pilato, & Herode. Ex arena ad Tribunalia est deventum Tartarea; ubi scelus Lancem Themidos occupârat, solaq; regnabat dementia. Hîc pro mendacibus Filijs hominum stat Veritas, pro reis Innocentia, sed neutra facunda est! Hoc ipsô amputantur crimi-

na,

na, quia imputantur. Qui facta ambigit verbis non eget, mutus perorat, quem Vita excusat, Causæ bonæ proprius est Advocatus, Silentiū, silet ergo Veritas, quia loquuntur mendacia, Hic uberior factis quàm fastis Deus, silentiò eg git nunquam satis prædicanda. Historiam belli sui edidit dum suppressit, Plausum est palmis ad insignem Victoriā, & ut Victor notaretur, ejus vultui eburneo palma est impressa. Abnegatur in medio Pontificum Concilio agnita Veritas, in Tribunali mansvetudinis, vestimenta Sacerdotū laniantur, in Solio æquitatis fovetur percussoris temeritas. Stat rea sine Patrocinio Innocentia; Accusat furor, testificatur mendacium, injustitia condemnat. Sæpius expediuntur alapæ, cumulantur ludibria, sidera frontis velantur. Exiguntur à Regum Spectro miracula, & dum patrantur negliguntur, cum stoliditas nunquam æstimet Sapientiam. Deponitur accusatio, quanto minoribûs suffulta testimonijs, tanto majori tumultu & clamore fundata. Apostolicæ Cohortis Dux Petrus, qui unus prope inermis exercitū integrum aggredi, Magistrumq; suum venali capite defendere, non dubitarat, ad geminas *Ancillæ* voculas negat, denegat, jurat pejerat non nosse *Amicum*, Magistrum, Dominum, Creatorem; Nec à detestandà obstinati animi duritie prius evigilat, quàm galli cantus nuntiarit *Aurorā*, & Sol animorum Deus, in eum respexerit. Obstupescite mortales? exactâ tandem in jocis saliaribus nocte; dies ad seria illuxit pèjora. Confluunt tumultus sicariorum inferreq; pedem Prætorio sine sacrilegio non audentes, audent violentissimas manus Regi inferre mansvetissimo. Terretur Iudex minis, non motus rationibûs. Medius inter Rei Innocentiam, & partium contrariarum potentiam constitutus, gravissimam partium alteri injuriam irrogavit, neq; tamen alteri pro voto satisfecit, dum per clementiam visus condonare vitam, per immanem crudelitatem Christū condemnavit ad flagella. Induitur albente tunica Candorab ijs, qui nigrum Theta meditabantur, hôc ipsô vestimenti candore innocens, in quò causa mortis quærebatur. Bene est ô perfidi inferorum Tiphones? Hæc perjuria, evincet tandem magnitudo Iustitiæ, & osculabitur amicam

 suam

ſuam pacem. Tandem hæ alapæ, pacta concordiæ fœderabunt: hæ palmæ, vultui Christi impressæ victrices, Triumphatorem brevi approbabunt. Tandem tandem, hoc ſagū opprobrij, Togam Pacis adumbrabit? Sed depone interim Christe tuæ innocentiæ teſtem Candorem, nondum hæ induciæ ad pacē præliminaria; nec fas eſt diu in Aulis Principum hunc colorem deportare. Et iam pullata incedit Innocentia, ubi ſcelerum ambitio candidatur. Iam detrahitur innocentiæ, & pacis Symbolum; Auertite à nuditate oculos Spectatores! omnis aſpectus, omnis nictus, graviſſimum eſt tormentum Pudicitiæ. O zelus & amor vindicandæ Pacis in Christo! Si vetuſta illa Amoris ſimulacra in memoriam revocem, ſtaturâ puſilla, oculis cæca, corpore ad nuditatem deveſtita? quanquam Poëtarum ingenioſa credebantur mendacia, certe Amoris Vivi mortuæ extitere picturæ; dum hodie Amor noſter o homo! & Staturâ puſillus, & oculis cæcus, & corpore nudus. Puſillus factus; ne tibi levibus aſſveto, graviorem ſarcinam imponi conquераris: Cæcus, cui geminæ pupillarum ſtellæ iam prope lachrymis & ſputis extingunutur, ut tua videri crimina diſſimulet. Nudus, qui omnia ſua dedit, ut dilaceratam attritamq; innocentiæ veſtem reſarcires. Togamq; Pacis conſequi valeres. Puſillus, ut tui cordis non excedat magnitudinē, quô totus ambit circumſcribi. Cæcus, cui natant ſubmerſi in cataclyſmo oculi, e quibus ariditati tuæ copioſa flumina derivantur. Nudus, qui exinanivit ſemet ipſum, ut tibi Gloriæ fimbriam ſuppeditaret. Puſillus, ne vaſta tui tuarumq; rerum ſpatia, jam occupaturum credas, quem nec tugurio naſcentem excepiſti. Cæcus; cui Nubes tuis temperandis æſtibus præparatæ, oculis inſederunt. Nudus demum, ut fidiſſimum pectus Amicus à corde aperiret Amato. Nudatur Pudor, retegitur Verecundia, ſpoliatur Deus; in quo amoris æſtus pro vindicanda pace adeo prævaluerat, ut neq; veſtes toleraret. Alligatur frigido ſaxo, ut calor temperetur, incūbit horrida flagrorum tempeſtas, ut effuſo ſangvine febrilis amoris ardor mitigetur. Scilicet: Debuerat illa Columna eſſe pœnarum, & belli terminalis, niſi inſaturata rabies novorum

cru-

cruciatuum eam fixisset initialem? Expediuntur ergo stipites & plectra potentius, quibus, si Deus est Benedicta Terra? sulci dicuntur in fructus Salutis. Si Frumentum est Electorum? excutitur in alimenta nostra granum. Si Botrus Cypri? vinum exprimitur salutiferum. Sive verius: alligatur ad columnam Mundi Columen, ut collapsam fulciat pacem, ipseq; stet sibi suarum Victoriarum Colossus. Truncum hunc marmoris, Columnam ignis ego crediderim, quæ cum potestatibus tenebrarum pro Pace colluctetur. Columnam Nubis: quæ in optatissimos terris nimbos resolvatur, aureaq; tranquillæ pacis depluat sæcula. Hic incumbit in unum vesanus furor, sed ante lassatur sæviendo, quàm Vindex pacis sustinendo. Exerit vires cunctas inhumana rabies, sed quia in Petram incidit, retruditur profligata, & requie pacem spondet Victori. Procumbit enervata feritas, & tum demum se profligatam agnoscit, cum stantem videt, quem intentabat compressum: docetq; vel non opus esse Impulsore, ut ferocia corruat, quæ suo pondere vergit in ruinam: vel nullis viribus lassari magis crudelitatem, quàm suis. Exurgit tamen confortata cruore Impietas, & ut publico trophæorum Stephanomate Victorem coronet, rotantur in gyrum spinæ, & sacratissimo Vertici imponuntur. Nunc: Ludibrium jocantis feritatis dicerem hæc senticeta? nisi subito in purpureas rosas exilirent, vel quot sangvinis guttas, totidem corallia Divinæ fronti insererent. Induitur Purpurâ Coronatus Victor, quæ ut esset bis tincta, suo etiã rubicone eandem coloravit. Canna pro Sceptro porrigitur abijs, qui meruerant in virga ferrea regi: sed cujus flexile ad clementiam futurum erat Imperium, renuit rigorem induere ferri & ulcisci. Quantum quippe, eliquandum Sangvinis, ut pariatur Victoria, tantum parcendum sangvini, ut Pax Victoriæ Proles conservetur. Et jamne retentâ palmâ, Pax alma exultabit Christe? Iamne post emensa pugnæ stadia, Hieronices, & cidarisatus Stephanita triũphabis? longus est efferatæ & effrenatæ potentiæ finis: Nempe: Calice inebriante Sangvinis crapulatus Miles, temulenti Calones, virulentos egurgitant sarcasmos. Cavillatur, blasphematur,

conſpuitur, illuditur, Deus, indigitante pugillo: Ecce Rex! Ecce Homo! Ecce Homo? quē ſuperveniēs in Virgine Spiritus Cæli efformavit ſpecioſū formâ præ filijs hominū, Ecce Homo! cui Species nō eſt, neq; decor, opprobriū hominū & abjectio plebis. Ecce Homo! Imago Bonitatis Dei, deſpectata, Primogenitur ante omnē Creaturā poſtergatus. Ecce Homo! inter ſceleſtos reputatus, noviſſimus Virorum. Ecce Rex! ſed illuſus, Dux, ſed captivus, Princeps Pacis, ſed bellô conſterni attentatus, Sol, ſed ecclypſatus, Lux mundi, ſed extincta, Via, ſed male calcata, Vita, ſed emortua Veritas, ſed mendaciis obruta, Sapientia, ſed ſtulta reputata, Bonitas, ſed exoſa, Majeſtas, ſed contempta, Innocentia, ſed accuſata, Iuſtitia, ſed rea habita, Iudex ſed damnatus, Leo, ſed catenatus, Agnus, ſed occiſus, Vitis, ſed vindemiata, Lilium, ſed inter ſpinas, Speculū, ſed confractum, rerum Idea, ſed confuſa. Ecce Deus? olim nobis incarnandus, unô ſalutari verbô *Ave* intimatus. Ecce Homo! unô fatali verbô *Ave* proditus, ab immani crudelitatis ſatellitio diſcerpendus: Ecce Deu! ab Angelo primùm deſtinatæ in Matrem Virgini annuntiatus. Ecce Homo! inter funeſtas Oliveti umbras languidus, ab Angelo confortatus. Ecce Deus! per Incarnationem ingreſſus in Mundum, Ecce Homo! per extremos cruciatus eliminatus e vita. Ecce Deus! in anguſto Virginis clauſtro conceptus ſilentiô: Ecce Homo! in publico Orbis theatro cum clamore valido emortuus. Ecce Deus! per ſummum Amorem, ad humanæ naturæ complexum deductus. Ecce Homo! per ſummū nefas ad funereæ Crucis amplexum evocatus. Ecce Deus! quem introducēs Pater in Orbem terrarum, propoſuit Angelis adorandum. Ecce Homo! per ludibrium Rex joculari Hebræorum ſalutatione, ignonimioſa corporis, ac genuum curvatione adoratus, Ecce Deus! per incarnationem tenella compactus in membra. Ecce Homo! per acerbiſſima tormenta toto corpore dilaniatus. Ecce Deus! qui per humanitatem primùm nobis apparuit. Ecce Homo! pluſquam barbarâ, pluſquam belluinâ Iudæorum inhumanitate tractatus. Ecce Deus! quem Orbi miſſum amæniſſimâ pacis næniâ amplexi ſunt Angeli. Ecce Homo! quē

Mun-

Mundo ereptum, funebri gemitu Angeli Pacis amarè fleverunt: Ecce Deus! in prima vitæ linea, Pastoribus annuntiatus, Ecce Homo! in suprema Mortis linea à lupis laniatus, Ecce Deus! Matris Delicium. Ecce Homo! acerbissimus Dolor Genitricis. Ecce Deus! salutis principium, Ecce Homo! finis Sæculorum, Ecce Deus! spectaculum factus Angelis & hominibus, Ecce Homo! ludibrium factus Gentibus. O quam nimium potuit barbara crudelitas! dum Lætitiam afflixit, Gaudium contristavit, Constantiam terruit, Fortitudinem concussit, Potentiam enervavit; Libertatem strinxit, Iustitiam damnavit, Innocentiam oppressit, Salutem enecavit, Animam exanimavit, Vitam funeravit, & neq; hic terminum feritatis execrandæ limitavit. Cogitur ultra feralem in gyrum obstinata rabies, simulatâ concertans clementiâ. Illa ad infamem Crucem deposcit Insontem, hæc Regem crucifigi sacrilegium arbitratur. Vicit multitudo impetu, non ratione, & simulata clementia desijt in Pantheram crudelitatem. dum ad Tribunal constituta, contra quæque Fori sancita, contra omnem iuris Regulam, Accusatorum potestati Innocentem transcripsit. Ad Catastrophen ergo prælij, novi patientissime Victor? subi ferale jugum, qui jugum nostrum confregisti. Fulminatur ergo sententia silente Iudice, arbitriô exasperatæ multitudinis: *Crucifigatur.* Oneratur suô patibulô Deus, quod cum extra Vrbem profert, meritū Vrbi & Orbi supplicium tollit, Pacemq; relinquit exoptatam. Hic labesceret sub immani exsangve corpus onere, nisi recentissimus Amor, ad terminandum pro vindicanda Pace duellū, in finem suppeditaret vigorem. Cadit tamen sub sarcina peccatorum, Verbum Dei secus viam, & conculcatur ab hominibus. Tunc ambulavit iniquitas in Semitis Iustitiæ, sed quia temulentus plerumq; est furor, ab irreflexa recti linea facile exorbitavit, & quem in Firmamento Mundi defixerat pedem, demigrante in plantas animorum rigore, expertus est lubricum, deviumq;. O delendam dolendamq; hodiernam feriam? quâ Conditor rerum ad supplicium raptatur! Soli dolori fastus, nefastus eloquentiæ cadentium ex oculis lacrymarum flumina, debitum mærori

Tributum postuláret, nisi ad Tragicum Calvariæ theatrum bajulans sibi Crucem IESVS, à ponè comitantium fæminarum Choro, feralem pompā muliebri comploratione funestari vetuisset. Cadat licet in animos sensus; ex oculis protrudere lachrymas prohibemur; Dilaniet acerbitas mentem, fletu temperare dolorem vetamur. Verum quis cohibere dolorem queat? nisi congelatus in marmor animus: si coram videat sangvine madere Dilectum, constringi vinculis Deum, deseri à servis Dominum, opprobrijs saturari Regem, coronari spinis generis humani Caput, onerari Lignô Quietem, in Crucem agi Redemptorem, potandam felle Dulcedinem, morte extingvendam Vitam, in tumulum condendam nostram Resurrectionem. Quis luctantibus intra viscera lachrymis obstaculum ponat? si cernat proditam Amicitiam, desolatum Gaudium, captivam Libertatem, condemnatam Innocentiam, depressam Majestatem, Spiritum oris nostri exspirantem. Sed o duræ nimium dolori leges! vetamur fletu, interdicimur lamentatione; Æstuant animi; nec evaporare permittuntur, impugnat fletus oculos, & oculi affectibus pertinaciter obluctantur. Abstergite tamen lachrymas mortales; Hoc quod nos non sanô fere judiciô detestabile Crucis pondus existimabamus, est vindicati à Christo Principatus Monumentum, Hoc ferale lignum, quod opprobrij notam arbitrabamur, est nobile Regis Gloriæ, justi honoris Argumentum. Trabalis ista furca, quâ transmittendum ad posteros insigne dedecus morientis Christi censebant Iudæi, est elevatæ super humanam ambitionem Majestatis Firmamentum, Pacisq;stabiliendæColumna. Gloriam inde mercatur, ubi nos infamiam vendi credebamus, honores metit, ubi nos opprobria seri arbitrabamur. Pacis vitam sortitus, ubi mortis necem censebamus. Suspendamus ergo fletum, importunam musicam in triumphis. Contumeliæ quippe genus est quoddam, Victorem lachrymis salutare. Palmare opprobrium, cum mærore prosequi Triumphantem. Prosequamur siccis palpebris bajulantem sibi Crucem, & in eū qui dicitur Calvariæ locum, pulchra triumphi specie, Vindicem pacis deportantem trophæum con-

tem-

templemur. Iam ſtetit in via peccatorum crudelitas, quæ lubricavit in Via Iuſtitiæ, & properato ad Golgothæum collem itinere, ſupremam feralis Tragediæ ſcenam aperuit. Extenditur in Crucem Protagoniſta Deus, ut omnem luctantis pro Pace Amoris impleat menſuram. Expandit dexteras Iuſtitia, ut amplectatur nos, & Pacem oſculetur. Explicantur in altum brachia, ut fulminantem deſuper Numinis iram excipiant. Tranſadiguntur ferrô pedes, ut à meta Charitatis non excedant. Deniq; confectâ Tragædiâ belli pro pace, Vita in ligno emoritur, ex quo olim intra Paradiſi voluptates, Mors erat decepta. Spiritus oris noſtri, mortalium ut animet cadavera, emittit ſpiritum, ſimulq; emortuam, creat redivivam Pacem. Attamen contremiſcit attonitus animus, trepidat vultus, hæret Eloquium; cum Regem Gloriæ video, ad eam infelicitatem devolutum, ut cum iniquis reputatus, infami truncô ſuſpendatur. Quis credet vacare culpâ, quem videt inter Latrones damnatum ad mortem ? Diceturne ! Princeps & Vindex Pacis, qui incentor diſſidiorum per inauditam calumniam promulgatus ? Coleturne magni Conſilij Angelus ? qui per Pontificum Concilium, extra Vrbem ejectus, & in ſceleratorum numerum aggregatus. Credeturne Mundi ſalus ? quem non poſſe ſeipſum ſalvum facere jam toti populo perſvadetur. Adorabiturne Filius Dei? qui convitijs ſollicitatus, non deſcendit de Cruce; O inſane mortalium tumor! quàm penè in nihilum omnem Cæli gloriam redegiſti ? O Superba hominum arrogantia! quàm in abyſſum eminentem Dei honorem præcipitâſti, Patere, ſi potes, Miles puſillanimitatis cavillum, qui neſcis, quid ſit Deum Exercituum enervari. Diſſimula ſtultitiæ nomen Philoſophe? qui expers es, quid ſit Sapientiam ſtultitiæ in morē tractari. Tolera innocens te ad probroſam furcam damnari, qui neſcis quid ſit inſontem Dei Filium in patibulare lignū acclavari. Aſt frænabo cordolium: dum video: congenitas rupes, à ſemetipſis diſcedere, & Deificato profluvij ſangvine conſperſas diſſilire, ut ſe conſtruendo æternæ Pacis templo præſentent. Video commotô Centrô univerſam terram trepidare, ut vel vetuſtatem ſuam omnino excutiat, vel

publica subsultatione conceptum de restituta tranqvillitate gaudium contestetur. Video aperiri Sepulchra, Libitinæ jura infringi, Mortis accidi imperia, tumulatorum Manes ad vitam redire, ut stabilitâ pace, Mors ultra non dominetur. Video divulsos in partes hiare campos, ut submotâ iniquitatis inundatione Saluberrimi Sangvinis diluvium bibant, ad perennem fæcunditatem. Audio sibilare ventos, ut vel enubilent tandē sedatâ tempestate Cælū; vel semitas nostras exaggeratâ scelerum effusione defædatas emundent. Video demum in explicatis pendentis Dei brachijs patentem Iridem, ut memoriæ ingeratur sancitū fædus, Pacis nunquam prærumpendæ. Legite mecum spectatores, quàm sinistro quidem opprobrandi affectu, felici tamen gloriæ eventu, impijssima manus Cruci Epigraphen inaravit. *Hic est Rex Judæorum* & sic vobiscum decernite, non esse hanc patibulatæ mortis Sententiam, sed vel publicum innocentiæ testimonium, vel apertam triumphantis Christi pacificæ gloriæ confessionem. Ille Ille crudelissimô odij arbitriô lannis, & ludibrijs expositus Deus, cui pro Solio patibulum, pro Regni Clava, clavi, pro Diademate, spinæ, pro Purpura Sangvis, pro Paludamento est nuditas, pro comitatu sunt Latrones, pro stipatoribus Lictores plaudunt detestandi. *Ille est Rex Judæorum;* qui nuper Regiæ dignitatis Titulum, quò communibus in eum suffragijs Iudæus populus conferebat, non toleravit, nunc demum in Augustissimo Gloriæ collocatus Solio, *Rex est Judæorum*: Desinite nunc tandē Triumphantem Regem quærere, vel inter ambitiosa superbiæ Conclavia, vel inter fastigiosâ perituri honoris Capitolia. Hic ubi tumescentem in clium assurgunt calvariæ, suo se gloriose jactat in Capitolio, Rex Iudæorum. Desinite inter affluentis fortunæ blandimenta, Regem Deum investigare: hic qui nudatus, trabelemq; in Crucem extensus, est Rex Iudæorum. Desinite Victori palmas destinare, hic celeberrimus de hoste Triumphator, Pacisq; Vindex palmas suas extendit ad pupillos. Desinite, perennatura figere Assertori Pacis Trophæa: hic ipse sibi erectus in tro-

phæum

phæum immortali Cedro affigitur, Rex Iudæorum. Non-est nobilius Victoriæ testimonium, quàm Victor ipse sibi stans perenne Monumentum. Erràstis nuper Idumæi, qui post impensas, esuriei vestræ multiplicati Panis delicias, Christum Regem acclamâstis: hic qui saturatur ipse opprobrijs & contumelijs est Rex Iudæorum. Errasti præcoce oblectamēto Petre, qui dum Thaboreas inter umbras, irradiantem Deum censeres gloriosum, exultabundus loci & spectaculi perennitatem ambivisti; hic ubi ad publicum Dei suspendium, nox in meridiem irrumpit, Olympusq; totus injurioso tenebrarum imperio sepelitur, gloriosus *Rex est Judæorum.* Confitere igitur Regem Latro; Fremat usq; & usq; vesana rabies, conficiat se intestino vulnere livor: abjurent Hebræi: nec habere se Regem, nisi Cæsarem protestentur, tu tamen Regem profiteare. Confitere iniquitatis Iudex Pilate, & quem indignante populo promulgâsti Regem, consentiente Cælo nova subscriptione, Triumphatorem, Pacis Vindicem, confirma; Confitere jurata in obsequium terra, conspirans in applausus Cælum, & festivo veluti Machinarum boatu, intestino soli murmure, dissilientium rupium fragore, coeuntium in tenebras nubium, elisis fulminibus, Regem tuum cum Pace post bellum consaluta. Sed interim & permisce modicum gaudio luctum, cùm implacabilis malesana violentia, insatiabilis Helluonum vorago, reliquias Cruoris pendenti fine vita Christo, Longinâ de Latere extorsit hastâ, cordis Arcana aperuit. O cruda bellua, infamis gula! tu ardentissima siti exhaustum Dei pectus accendisti, quando epotô voluptatis merô, solas fæces superstites Deo reliquisti. Tu Sacratissimis labris acetum admovisti, quando transacta inter cupedias vitâ difluxisti. Vindemiâsti Vineas Domini, acerbam uvam Deo reliquisti. Expressisti vitem Cypri, & sitire docuisti. Et quas tandem facinorosæ hujus Medeæ, quas pestilentis hujus Circes, pænas lues Deus patibulate? Denudaris: quod opprobrium? inter Latrones: quod dedecus! manu Carnificis, quæ infamia? suspenderis quis despectus? in facie Orbis: quæ ignominia?

 in

In loco ſceleratorum, quæ confuſio? Ità ſane : ut alienam Pacem ſtabiliat, ſuâ ſe abdicat Deus, exuitur veſtibûs, ut veſtiamur hujus Principis Toga Pacis, expandit humeros, ut ſcapulîs Ejus à clade mortis obumbremur, tranquillique vivamus. Viciſti itaq; glorioſiſſime Imperator? & publicô etiam hoſtium teſtimoniô coronatus; ſagô & inducijs Pacis honoratus, in Solium Regium Triumphator, & Vindex elevatus. Triumpha ergo in Capitolio Golgotæ ſublimat⁹, inter calvarias, & mortuorum oſſa plaudentia, ut approbato Antiquitatis ritu, etiam triumphanti, memoria mortis ingeratur: Hinc vos non ſegnes triumphorum, plauſuumq; Spectatores, aſſiſtatis Vindici Pacis. Exemplum Ducis, imperium eſt militis. Quâ præit ille, viam ſternit ad ſequelam. Ite pares animis, in bella pro pace, pari gloriâ Trophæorum potituri; interim evictam poſſidete Pacem. DIXI.

PORTVS SALVTIS IN DILVVIO.

En Arcam Verbô Cæli concluſam.
Spiritu, Inſtitore, Remige, Amore,
In exundans Salum, cum ſalute protruſam, contemplare Helciarie?
Theſaurum Mundi vehens,
A Prodigo Archimimo, Halapantis, & pantabolis,
venditur Hiſtrionibus,
Vili preciô,
ut etiam Pauperrimo, in poſterum pateat emptibilis.
Stetit in Oliveto colle,
& apertîs porîs, corallia, pyropoſq; ad ornandam
Sponſo Sponſam, eijcit;
Sed mox in nimbum cruoris verſi,
originalium ſarcinâ Onerariæ,

tempe-

tempeſtate hâc emanaturum naufragium brevi,
portendunt cum pavore.
Vnde,

Advolat Empireus Aliger.

ut ſemel commiſſa Pelago, fauſtiori Alite provehatur.

Nihilominus,

furis indoles, Piratæ, dolô inſidias machinantur.
Sed ecce!

Perſpicax Hæc Navis Inſtitoris, de lōge portans Panem,

ut tantorum Moloſſorum famem ſaturet,

Panem vivum qui de Cælo deſcendit,

offert in occurſum, ori admovet, inſinuat labijs eorum,
Sed buccellam Diaboli epulati,

nauſeant Panem Angelorum.

Protinus hic Cibus Gloriæ, Cibo Deorū,

Mirâ fragrantiâ olens ex ARCA, voraginē efferavit canū,
ut morderetur ad mortem!

Tunc primùm,

Panis non mittendus canibus,

conjuraits morſibûs, dente Sacrilego, impetitus!
Irruunt Piratæ in ARCAM;
Achatæ pavidi in fervente Salo, SALVTEM deſerunt.

Petra jurata, Portus ARCÆ non ſolidus.

Agitur per latrātes Scyllas, ad truculētiores Symplegadas.
fluctibûs verberatur.

Domus Pontificum Sacras,

Anchoras ubi crediderat, ſyrtes ſenſit, P-
& freta tortuoſa.

Hic in ARCAM,

Spumat atrocius mare.
Extra Metamorphoſim, canes in ſaxa
latratu fluctuantem terrent,

à Syrte, ad ferociorem impellunt Charybdim;
ut quæſtionum gyris involuta, volutans ocyus abſorbetur;
Mox commotis furore Aquilonibûs,
Alliditur ſcopulo, manu pelagiariâ verberatur, quaſſatur,
& dum labarę viſa,
deficiente fervoris procellâ: ut feliciùs nataret,
ipſa ſangvinem ſuppeditavit.
Hinc ferocienti Ventorum impulſu
In montes delata, conſtitit in Calvaria,
ad Trabemq; quievit fixa.
Cui hiantes Vulnerum dum reſerantur Feneſtræ,
Emittitur Deificata Columba,
fertur ſuper Aquas cruentatas,
Ramumque Olivæ Pacis Nuntium defert lætior,
Et refulſit

PAX ALTA.